




# Erasmi Roterod. Epistola consolatoria in aduersis.

<https://hdl.handle.net/1874/423219>

ERASMI ROTEROD. EPI  
Stola consolatoria in aduersis.



APVD INCLYTAM BASI  
lcam AN. M. D. XXVIII.

1500. 1500. 1500. 1500.

1500. 1500. 1500. 1500.



1500. 1500. 1500. 1500.

1500. 1500. 1500. 1500.

ERAS. ROT. SACRIS VIRGINI;  
bus iuxta diui Francisci institutum Chri-  
sto militantibus propè Cantabrigiā S. D.



ENEB nos hortat dominus,  
dilectæ in Christo uirgines,  
ut recōdamus nobis thesau-  
rum in cœlis, ubi neq; tinea  
corruptit neq; fur furatur.  
Xenium quod uestra pietas misit, interci-  
pi potuit, sed uestrā charitatē, uestras san-  
ctissimas preces, quibus me quotidie spon-  
so uestro cōmēdere dignamini, homo quā-  
libet furax interuertere nō potuit. Demus  
igitur operam, ut hoc opum genere dite-  
scamus, quarum elargitione non pauperis-  
or sed locupletior sit qui cōmunicat egen-  
ti, nec fraudari potest is in quem sit elargi-  
tio. Minima tam gratis, tam alacribus ani-  
mis accipere, quid aliud est, quam ambi-  
re maius beneficium? Itaque quoniam in-  
cellexi uobis epistolā illā quam sic ex tēpo-  
re, efflagitante Thoma Greio, cui negare  
nihil possum, effudi uerius q̄ scripsi, tāto-  
pere gratam fuisse, uisum est unā cum epi-  
stola mittere osculum, ex Esaiae semper  
uernantibus hortis decerptū, qui uestros  
animos sacri spiritus fragrātia simul & re-

a 2 creet,

## 4 ERASMI EPISTOLA

creet, & corroboret. Etenim si flos terre-  
nus admotus naribus nō solum exhilarat,  
uerum etiam uires cordis cōfirmat, quan-  
to magis huiusmodi flores, quos aura diui-  
ni spiritus genuit aluitq; animis & hilari-  
tatem & robur addent spirituale, si animis  
admoveantur. Quis enim est cui non obre-  
pat m̄ceror ac tedium quoddam intuenti  
mala, quibus hisce temporibus undiq; ple-  
na sunt omnia? Quis tam confirmatus spi-  
ritu, cuius animum in tantis opinionū dis-  
sidijs non perstringat aliqua tentatio? En-  
igitur uobis Esiae flosculus, qui pro tædio  
det alacritatem, & animum fidei robore cō-  
firmet fulciatq; In silētio, inquit, & spe erit  
fortitudo uestra. Quis hæc dicit? Non  
Esaias, sed sanctus Israël, hoc est, æterna ue-  
ritas, quæ nec falli potest, nec fallere. Quo-  
ties aduersa nobis immittit dominus, qui  
flagellat omnē filiū quē recipit, memineri  
mus esse patrem qui nostræ consulit salu-  
ti, non ignarus quid expediat nobis, ne ob-  
murmuremus, sed taciti patienterq; fera-  
mus manum emendantis, licet naturæ sen-  
suī molestam, hoc est, silentium quod per  
prophetam exigit dominus, feramus autē  
non

## CONSOLATORIA.

5

nō solū absq; murmure, uerū etiā alacres,  
nimirū spe mox sequuturæ sanitatis. Qd<sup>r</sup>  
affligit leue est ac momētaneum, quod de  
lectat æternum & inæstimabile. Charitas Gal. 5,  
fidei ministra est (per hāc enim, ut ait Pau/  
lus, operā) utriusq; filia spes est. Ut enim  
demus fidem à charitate se iungi posse, cer-  
te spes de qua loquimur, nō nisi ex fide &  
charitate nascit. Proinde si filij sumus po-  
tius quām serui, patri fidamus, Patrē ame-  
mus oportet, & si nostram salutem illi cor-  
di esse credimus, non ignari quam immen-  
sa sit illius misericordia in omnes qui dili-  
gunt ipsum, in medijs etiam molestijs mul-  
tam alacritatē nostro sp̄iritui præbebit ex-  
pectatio diuinæ consolationis, quæ nō pa-  
titur nos tētarī supra quām possimus, sed  
facit cum tentatione prouentum, ut ualea-  
mus sustinere, sæpe miscens tristia lētis,  
semper addens unctionem sp̄iritus, quæ  
tristia quoq; uelleniat uel exhilaret. Sunt  
autem quædam incōmoda quorum finē  
in hac uita non expectamus, qualis est se-  
nectus, morbus, ut aiunt medici, immedica-  
bilis, & alijs morbi nonnulli arte medicorū  
superiores. Et in his silentiū ac spes est for-

a 3 titudo

Rom. 3.  
titudo nostra. Nam & leuius sit patientia,  
quicquid corrigere est nefas, ut ait ille, &  
nequaquam condignae sunt afflictiones hu-  
ius temporis ad futuram gloriam, quae mox  
reuelabitur in nobis. Quir enim non dicam  
mox, quum haec uita omnibus uix temporis  
momentum ac punctum sit ad eternitatem?  
Quod si spes humana tantam habet uitam,  
ut uere meritoque quidam ethnicus poeta  
de illa scripscerit: Spes bona dat uires, ani-  
mum quoque spem bona firmat, Viuere spe  
uidi, qui moriturus erat, quid non efficiet  
illa spes quam in nobis gignit spiritus Chri-  
stus? Spes humana saepenumero fallit, spes  
autem haec non confundit, ut scribit beatus  
Paulus. Ceterum confundendi uerbum, quo  
uisus est Apostolus Graece scribens, non est  
perturbationis, sed pudoris potius & pro-  
bri. Siquidem ihs qui praesidij hominum  
freti, magna de se iactarunt, si res praeter  
spem euenerit, propemodum acerbior est  
exprobratio quam ipsa calamitas, pudore  
malum coduplicante. Verum quisquis totam  
fiduciam suam collocauit in domino,  
certam habet spem, nec periculum ullum  
est, ne frustratus expectatioe sua pudefiat.

Et si

Etsi nonnunq; pīj uidentur hic ad tempus  
 pudefieri, certe non pudefiunt in æternū.  
 Opprobria opprobrantium ceciderunt su  
 per dominum in cruce pendentem, audi  
 uit uoces omni felle amariores: Sperauit  
 in deo, liberet eum nunc, si uult eum. Hæc  
 audiuit caput, audiuit similes uoces & illi  
 us membra. Sed quemadmodum afflictio  
 nis exemplum habent à capite, ita habent  
 & spei fiduciam. Nunquid ille ad impias  
 uoces respondit: Nihil inuenies, sed in si  
 lentio & spe posuit fortitudinē suam, tran  
 quillo animo dicēs patri: In te domine spe  
 rauī, non confundar in æternū. Vbi uidēt  
 homines, pios morbis, bellis, damnis, exis  
 tījs, cruciatībus, & mortībus affligi, uox est  
 impiorum: Vbi est deus eorum? Quæ uti  
 nam interdum non audiatur & inter Chri  
 stianos. Sed grauius est quoties hæ uoces  
 perstrepunt intra præcordia nostra, non  
 nunquam & ad blasphemīā usq; prorum  
 pētes, quū animus dolore tædioq; uictus,  
 deum uocat immitem, iniustum, negligē  
 tem rerum humānarum, benigniorem er  
 ga malos quam erga bonos, quod illis ferē  
 res magis secundæ sint, quam ihs qui pie

## 8 ERASMI EPISTOLA

tatem sequuntur, non intelligentes quod dominus noster, per cruciatus & ignominiam transiit ad gloriam, & obliti quod Paulus scripsit ad Timotheum: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutio nem patientur in hoc seculo. Si nihil adiecisset, tamen poterat afflictionis perpetua, nunc spem mox finiendo cruciatus & sequitur felicitatis ostendit dicens: in hoc seculo. Quin & Hebreus ille sapiens hoc praceptum inter pietatis rudimenta ponit: Fili ac Eccles. 2. cedens ad seruitutem dei, sta in iusticia & in timore, & prepara animam tuam ad temptationem. Vide ut scripturae diuinae sibi consentiunt in sententijs, licet uerbis ac figuris uariant. Idem dicit Sirach quod Petrus Paulus et Esaias, Qd' hic uocat silentium, ille dicit stare in iusticia et timore, Quod ille spem, hic temptationis uerbo significauit. Qui stat non turbatur, non dejectur animo. Qui stat in iusticia, agnoscit suam iniusticiam ac dei flagellantis iusticiam adorat. Qui stat in timore, non obmurmurat ei, qd' potest & animam & corpus mittere in gehennam. Rursus qui preparat animam, non exanimatur, uelut insperatis malorum pro cellis.

## CONSOLATORIA.

cellis, sed boni consulit, quicquid deo uisum fuerit immittere. Quod alijs uerbis præcipit Petrus apostolus: Charissimi nolite peregrinari in feroore, quæ ad tentationem uobis sit, quasi noui aliquid uobis contingat, sed cōmunicantes Christi passionibus gaudete, ut in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Iam qui intelligit afflictionem esse tentationem, hoc est explorationem diuinam, expectat probationem, quæ spem habet comitem, omnis molestia lenitricem, quæ admodum Romanis scribit Apostolus: Sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non satis erat diuinae benignitati, gaudijs æternis pensare temporarios ac momentaneos cruciatus, in medijs etiam afflictionibus dat suis pignus arcani spiritus, tam efficax, ut non solù non deficiant in malis, uerum etiam gloriantur & exultent. Itaque piorum spes, etiam si uideatur eos pudescere apud homines, reuera non pude-

facit, dum intra se sentiunt testimonium spiritus testificantis humano spiritui quod sint filii dei, gaudentibus se manu clementissimi patris, ad hereditatem uitae coelestis explorari fingi. Sic enim prosequitur ille sapiens: Quoniam igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede deo & recuperabit te, & dirige viam tuam & spera in illum. Qui credit se deo, silet. Silentem ille sic flagellat, ut emendet: sic prosternit, ut erigit: sic necat, ut uiuiscet. Tu sine medicum suo more operari, tantum relinque peccata, & ira dei uertetur in misericordiam. Frustra speras dei misericordiam, si persistis in his quae provocant iram dei. Narrant humanae litterae, quendam negotiatorem ubi conflatis facultatis proficisceret in longinas regiones, ut multo ditatus lucro rediret in patriam, posteaquam naufragio perissent omnia, dixisse: Age fortuna sensatio quid uelis, ad philosophiam me uocas, uenio quo uocas. Huic iactura rerum cessit in maximum lucrum, siquidem ex auaro mercatore, factus est insignis philosophus, ditione contemptu pecuniarum quam possessione.

## CONSOLATORIA.

11

sessione. Saltem huius exemplum nos imi-  
temur, quoties nobis accidit uel publica  
uel priuata calamitas, ne cōsternemur ani-  
mo, ne murmuremus aduersus manū om̄i  
potentis, quemadmodū fecerunt Hebræi,<sup>z. Cor. i.</sup>  
qui à serpentibus perierūt, sed quod ethni-  
cus ille dixit fortunæ, nos dicamus deo, re-  
rum humanarum unico gubernatori: Age  
clementissime pater, sentio manum tuam,  
inuitantem ad poenitentiā, en ad te uenio,  
me totū tibi trado, finge ac refinge p̄ tua  
sancta uolūtate filiū tuū hac tenus male di-  
cto audientē: Nūc hominū uulgus, si quid  
immittit aduersitatis, nō cogitat hoc imit-  
ti à deo, sed alijs siderib⁹, alijs naturæ hūtanæ,  
alijs his atq; illis hoībus, aut etiā occasio-  
bus irascunt, & ulcisci student, haud mul-  
to sapientiores canibus, q̄ lapidē mordent  
ab homine iactū, ipso relicto homine. Tē  
pestas perdidit fruges, merces periere nau-  
fragio, cœlū pestilēs afflauit corpori mor-  
bum, miles incendit horrea, Sycophanta  
faceſſit negocium, obstrepit maledica lin-  
gua. Quid male precaris cœlo & mari:  
Quid ultionē paras in hominem: Isthuc  
est mordere lapidem. Primum illud cogi-

a 6 ta hæc

ta hæc à deo immitti, nec multum referre  
per quos immittat, utitur enim ille & ele-  
mētis & improbis hominibus ad ultionē.  
Mox circūspice te ipsum, nuncibi tuis sce-  
leribus iram dei prouocaris, & si deprehē-  
deris, quis autem non deprehendat, primū  
ultionem à te ipso sumito, correctis mori-  
bus & ad deum conuersus, qui misit lapi-  
dem. Si minus, tamen cogita, tentat me  
deus, an uere diligam ipsum, orabo ut in  
me augeat charitatē. Ab hoc animo quan-  
tum nunc absimus pleriq; Quot annis  
iam omni malorū genere affligimur? De-  
cem plagis afflicti sunt Aegypti, & ad sin-  
gulas cœperūt resipiscere. Nos tot iam an-  
nis tanto pluribus atterimur, nec agnoscī  
mus domini manum, nec quisquam ad ui-  
tæ correctionem confugit, sed in alios alij  
culpam reiçimus, sibi quisque blanditur,  
molimur vindictas, quasi quicquam pos-  
sint homines aduersus diuinam poten-  
tiam. Quod enim mali genus est quod nō  
premit nos? Aut quæ pars est orbis ab ho-  
rum malorum immunis cōtagio? Vbi ter-  
rarum non furit Mars, quum Martem di-  
co, nō unum aliquod malum dico, sed ma-  
lorū

lorum omnium oceanum. Vbi non pesti-  
lentia? ubi non rerum caritas & famae?  
ubi non expilationes? ubi non latrocinia?  
Nec alicubi desunt inundationes. Quam  
acres & implacabiles principū iræ, quan-  
tum calamitatum inuexerūt rebus huma-  
nis, quantoq; grauiora minitantur? Quan-  
q; hæc leuia sunt, si conferantur ad ecclesiæ  
dissidia. Quot sectis discerpimur, & subin-  
de suppululant nouæ? Quos iūgit sanguis  
nis propinquitas, quos eadē domus, quos  
idem lectius copulat, distrahit opinionum  
dissensio. Inter has plagas quotum quæq;  
uidemus, qui cogitet de corrigenda uita, q  
configiat ad domini misericordiam? Suā  
quisq; uicem ulciscitur. Sua quisq; cōmo-  
da tueri conatur, nec aliud quam condupli-  
camus nobis mala, & aggrauamus domi-  
ni manum. Mittimus legationes in Aegy, Esa. 30.  
ptum, oneramus camelos opibus, configi-  
mus ad ueloces, et irritis tumultibus misce-  
mus omnia. Nec audimus sanctum Israël  
clamantē nobis: Si reuertamini & quiesca-  
tis salui eritis. In silētio & spe erit fortitudo  
uestra. Quid est reuerti: relinquere mores  
& affectus pugnantes aduersus deū. Quid  
est

est quiescere: Est abdicatis cupiditatibus  
carnis, nos submittere uoluntati diuinæ.  
Ita demum felix illud ac uerum sabbatum  
erit in animis nostris, si nostris affectibus  
consopitis & quietis, dominus in nobis  
quæ uult operetur. Quid primum curant  
medici: Exhauriunt corpus noxijs humo-  
ribus, cætera permittunt naturæ. Abiçia-  
mus & nos scelera nostra, dominus, in cu-  
ius manu sunt corda Regum, ilico flectet  
ea ad studium pacis & concordiae, tollet  
è medio locustas militem omnia depopu-  
lantium, & ranas opinionum, auferet tene-  
bras nostras ac ueritas illucescat cordibus  
nostris. Audimus uocem domini cunctos  
ad uitæ correctionem prouocantis, ne au-  
ribus obturatis obduremus & corda no-  
stra, dicentes cum impijs apud Esaiam: Ne  
quaç̄, sed ad equos fugiemus, & super  
ueloces ascendemus: Ne rursus illud inge-  
rat nobis: Ideo fugietis, ideo uelociores  
erunt qui uos persequentur, Fortasse talib-  
us uerbis nemo reclamat nunc domino,  
sed factis penè reclamamus omnes. Hæc  
publica tēpestas uos leuius perturbat, ô bea-  
tæ uirgines, quæ seculo mortuæ sā in terris  
cœlestē

cœlestem quodammodo uitam agitis, &  
abditæ cum spōso Christo deliciamini, cui  
quo propiores estis, hoc magis decet uos  
ecclesiæ tranquillitatem p̄ijs uotis sacrisc̄;  
precibus illi cōmendare, leuantes non mo  
do puras manus iuxta Paulum, sed multo  
magis pura corda ad dominum, ueluti co  
lumbæ in foraminib⁹ petræ & in cauer  
nis maceriarum, gratissimo gemitu sem  
per obmurmurantes sponso. Petra autem  
Christus est, quæ multas habet latebras in  
quibus piorum animæ tuto latitent, ab hu  
iis mūdi tumultu. Vbi dulci temperie re  
frigerant ab æstu carnaliū desideriorum,  
quæ militat aduersus spiritū. In his forami  
nibus hoc tutius ac felic⁹ delitescitis, quo  
minus instructæ estis præsidij humanis,  
quemadmodum columbæ, nec rostro, nec  
unguis, nec ui, nec dolis armatae sunt  
aduersus iniuriam aliarum auium, tantum  
suga latebrisq; tutæ sunt, necq; norunt ulli  
cæterorum animatiū moliri uim aut in  
iuriam. Grata simplicitas relucet in oculis,  
quam & sponsus adamat in canticis, &  
Euangelicæ litteræ nobis commendant:  
Nec obstrepunt molesto garitu quemad  
modum

modū alīæ permultæ, Tantū amabili mur  
mure solitudinem suam solantur. Ad hāc  
imaginē, ô beatissimæ uirgines, & uos in  
Christi cauernis latitatis, in silentio & spe  
collocantes fortitudinē uestram. Est mur,  
mur impium quod odit dominus. Est &  
tacitum gratumq; murmur, quo non desi-  
nunt gemere mentes astlatæ sp̄itu Chri-  
sti, donec euacuetur quod ex parte est, ue-  
niatq; quod perfectum est, Talia sunt colū  
bina murmura. Est & perniciosum silen-  
tium, quo uetus prouerbiū dicit perisse  
Amyclas. Est silentium impium, quod ne-  
scit fateri cōmissa, quod premit gloriam  
deo debitam. Nimirum hoc erat mutū dæ-  
monium, quod solus Iesus potest ejcere.  
Est & gratum trāquillumq; silentiū, quod  
cum spe iunctum, reddit intinctum animū  
aduersus omnium malorum incursus: Hic  
silent affectus carnis, sed audiuntur gemi-  
tus sp̄itus. Sic in gemiscebat Paulus quū  
diceret: Infelix ego homo, quis me libera-  
bit de corpore mortis huius: Sic Dauid  
quū diceret: Quām dilecta tabernacula tua  
domine uirtutum, cōcupiscit. & deficit ani-  
ma mea in atria domini. Sicut ceruus desi-  
derat

## CONSOLATORIA. 57

derat ad fontes aquarum, sic desiderat ani-  
ma mea ad te deus. Habent uulpes late-  
bras suas, habent uolucres coeli nidos, in  
quibus conquiescunt, Columbae quiete ne-  
sciunt, nisi in foraminibus petræ & cauer-  
nis maceriae. Ideo perforatus est in cruce  
tot uulneribus, ut illic pijs mentibus, quæ  
mundi præsidij omnibus renunciassent,  
quietum ac tutum esset suffugium. Idem  
dictus est lapis angularis, cōnectēs utrūq;  
parietē. In huius cauerni dulciter ac felis-  
citer latitate, uirgines, donec audieritis uo-  
cem sponsi ad æternam felicitatem euocā-  
tis: Surge ppera amica mea, speciosa mea  
& ueni, columba mea in foraminibus pe-  
træ, & in cauernis maceriae, ostende mihi  
faciem tuam. In his cauernis latitauit insti-  
tuti uestri parens Franciscus, humillimus  
apud mundum, apud deum maximus, In  
his latitauit sanctissima uirgo Clara, uestri  
sodalitij dux & patrona, quæ nullis hu-  
iis mudi præsidij, nullis humanis freta ui-  
ribus, sed silentio & spe fortis, calcauit mu-  
dum, prostrauit satanam, uicit carnem, &  
post temporarios gemitus, meruit uitæ cœ-  
lestis coronam, regnans cū sponso, quem  
spretis

spretis omnibus satanæ pompis & illecer-  
bris unū adamauit. Huius uestigijs ingre-  
dientes pseuerate uirgines, ac semp ad me-  
liora proficite, ut quemadmodū nūc estis  
sociæ certamīnis, ita sitis & gloriæ, quæ  
mox reuelabit in uobis. Ne uos terreat æ-  
tas tenera, sexus fragilis, corpusculi imbe-  
cillitas, satanæ potestas mille dolis arma-  
ta, petra in qua latitatis fortior est omib⁹,  
cominuetur quisquis in hāc impegerit, tu-  
rus erit, quisquis cōstanter inhæserit. Quo  
quis magis fidit suis uiribus, hoc est imbe-  
cillior: at qui sibi diffidit totus, qui nullum  
aliud spectat præsidium q̄ Christū, is omnia  
potest cū Paulo, nō in se, sed in eo, q̄ elegit  
infirma mūdi ut confunderet fortia, elegit  
stulta huius mundi, ut pudefaceret sapien-  
tes, elegit ignobilia & ea quæ non sunt, ut  
ea quæ uidentur esse magni momenti de-  
rideret. Iam etiā si quæ sunt inter uos quæ  
iuxta carnem gloriari possunt, quēadmo-  
dū potuit Paulus, non expedit tamen glo-  
riari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri-  
sti, qui quum omnem mūdi gloriam usq;  
ad crucem contempserit, quem postea nō  
pudeat in hoc mundo gloriari; Paulus in  
tertium

## CONSOLATORIA.

19

Sertium cœlum raptus non audet gloriari  
nisi in infirmitatibus suis,& nos homūculi  
gloriabimur in uiribus nostris: Ille imbecil  
litate sua potens est. Non est igitur quod  
metuas pusille grex, confide quoniam qui  
uos tuendas suscepit, uicit mūdum. Te ue  
ro religiosissima dñā, quæ uirgineæ sodali  
tatis curam agis, nihil arbitror necesse, ut  
horter, admoneāç̄ tū officij, gratulari ma  
gis liberet, nisi uel parum id tutū esset hu  
manæ fragilitati, uel parum gratū tuæ sin  
gulari modestiæ. Tantum oro, ut quod fa  
cītis, per gatis nostri in uestris ad dominū  
precibus meminisse, nominatim aut̄ Greij  
fororibus ex me salutem dices. Dominus  
uos oēs seruet incolumes. Simul orabit ue  
stra charitas p interceptore, ut ex Miluio  
uel harpya potius fiat columbus, desinatq;  
tandem cretissans inuolare quidlibet, ne  
prouocet in se manum Christi, &  
nomen illi uertatur.

F I N I S.



L51973-2

OCN 80061986

Q

H

Q

nem dñe ecclie Et iungulas. q  
sacrilegia coet genit ac diuei  
**D**ideat paupres et letet qd hui  
superstitione genitul. dñi ext  
regnum Querite dñm et uiuet ai  
q nunc mortua est pñis

**Q**m̄ exaudiret paupres dñs.  
resuscamur. Et uictos suos no  
perit quia dñi iustis dyabolū  
bi eos regno suo ascavit

**L**audent iustū celi et terra m  
et omnia reparatione in eis Sp̄i omni  
uislectat celestū terrestriū ei  
norum

**Q**m̄ dñs saluā faciet syon. &  
ihelim in qua electos suos p me  
ad uiuabit in uno corpore illiu  
lesas matris Et edificabūtur

ne michi complacit tristitia tenuis  
in dī  
multitudine misericordie tue.  
ia enī opa tua & neplacita sunt  
isertim hoc q̄s quo mea passione  
dū redimus quodām̄ plus. an  
itū fers & exaudi me agere in  
salutis tue. ut post uera  
rectio nis uectus apparet  
iuge me de hunc ut nō infigui.  
ixta quodā uerbi faciat hunc. at  
quā suscepit significet culicem  
et ut nō in hunc et pulucre sicut  
e hūcā genus dulciorē & suaua.  
**Liberi** me illas. & odore me ap  
ec de iudeis quā enī nūq̄ dixerit  
& Et de p̄fudis aquarū.  
in me demergit & pestis aque

